



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Quæst. 22. An omnia peccata sint æqualia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42521

»specie distinguuntur ex objectis, peccata autem
 »quoad materiale, dicunt ipsos actus. Ratio
 »cundæ partis, quia privationes proximè disti-
 »guuntur specie ex formis, quibus privantur;
 »peccata formaliter sunt privationes rectitudi-
 »num oppositarum. Ratio tertiæ partis, quia
 »rectitudo virtutis specificatur proximè ex ob-
 »jecto, ergo privatio rectitudinis ex eodem ratio-
 »ne. Ex quibus resolves:
 » Peccata specie differunt, non tantum quæ
 »versus virtutibus, sed etiam quæ eidem oppo-
 »nuntur extremè; ut prodigalitas, & avaritia
 »vel ratione diversæ difformitatis, id est, quæ
 »adeo diversâ ratione & malitiâ ejusdem virtutis
 »materiam attingunt, ut quantum est ex
 »tura ejusdem peccati, non sit eadem facilitas
 »moraliter loquendo, neque propensio utrius-
 »que peccatum committendi; qualia sunt homici-
 »cidium, furtum, adulterium, detractio.

A D D E N D A.

114. Q. 22. An omnia peccata sint equalia. R. Neg-
 tive: & hoc est de fide contra Stoicos, Jovianum
 & quosdam novatores. Probatum 1. ex Scrip-
 ptura, nam Deuter. 25. dicitur, pro mensura peccati
 erit & plagarum modus. Jerem. 7. Peccatum opor-
 tati sunt majus, quam PP. eorum. Thren. 4. Ma-
 jor effecta est iniquitas filie populi mei peccato Sodomorum.
 Joannis 19. dicit Christus Pilato, qui me tradidit tibi,
 majus peccatum habet, ergo unum peccatum est
 majus altero. 2. Ex SS. PP., quos magno numero
 adducit Bellarm. de amiss. gratia c. 5. & seqq. 3. Ratione, quia cuius
 evidens est majus malum esse, v. g. injustè occidere hominem

nem quàm percutere , auferre mille ducatos quàm nummum , blasphemare Deum quàm officiosè mentiri &c.

Obji. 1. Peccatum est transgressio legis , sed transgressio legis est indivisibilis , quia habet se uti transgressio lineæ , quæ non potest magis & minùs pertransiri. 2. Ratio peccati consistit in hoc , quòd aliquid illicitè fiat , sed hæc ratio etiam consistit in indivisibili , & invenitur in omni peccato , ergo. 3. Ita se habet malitia respectu actuum voluntatis , sicuti falsitas respectu actuum intellectus , sed unus actus intellectus non est falsior altero , ergo nec unus actus voluntatis est pejor altero. *R.* ad 1. n. min. , quàmvis enim linea ipsa non possit magis & minùs pertransiri , potest tamen magis & minùs recedi à linea , quæ pertransitur ; & sic etiam unum peccatum magis vel minùs recedit à lege. *Ad 2.* Ratio generica peccati consistit in hoc , quòd aliquid illicitè fiat , specifica autem , in qua dicimus esse inæqualitatem , plùs dicit , uti patebit ex dicendis. *Ad 3.* Si sermo sit de propositione habente plura objecta , n. min. , tum enim potest una esse falsior quàm altera : de cætero falsa est major , & disparitas est , quòd propositio sit per hoc vera vel falsa , quòd objectum ita sit vel non sit ita , uti enunciatur , objectum autem non potest magis esse vel non esse , quàm re ipsa sit : tale nihil est pro moralitate , quæ in actum refunditur major aut minor , prout objectum est magis aut minùs in se malum , uti constabit ex jam dicendis. Vide etiam dicenda à n. 184.

Q. 23. Unde desumatur inæqualitas peccatorum. 115.

§. 1.